



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1773**

**VD18 90118677**

§. 52. Explicatio quinti Articuli de Perseverantia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](#)

§. LII.

Sæcul XVI.  
A.C. 1600.*Explicatio quinti Articuli de  
Perseverantia.*

**A**rminiani septem Theses divulgabant, quæ ad explanandum quintum articulum pertinentes his verbis erant conceptæ. I. *Perseverantia fidelium in fide non est effectus electionis, qua Deus singulæ personas nulla obedientiæ conditione circumscriptas ad salutem elegisse dicitur.*

II. *Perseverantia non est donum Dei propriæ dictum, fidelibus scilicet infusum, & morte Christi partum, sed præceptum, & conditio moralis novi fæderis, quam Deus inter multas possibiles præscripsit, & ante peremptoriam electionem ad peccatorum remissionem in homine requirit: quamque homo habitu fidei, & obedientiæ per cœrebros credendi, & obediendi actus acquisito, facile præstare potest: accedente autem interno Spiritus sancti solatio, etiam præstare vult, ac plerumque præstat.*

III. *Stante auxiliï divini promptitudine, & gratiæ sufficientis præsentia, positisque illis omnibus, quæ ad perseverandum necessaria, & sufficientia sunt, queque Deus ad fidem conservandam vult adhibere, imo etiam posito in ipsa voluntate fidei habitu, manet tamen in ipsa hominis potestate vel perseverare, vel non perseverare.*

Tt 5

IV.

**Sæcul. XVI.** *IV.* Quotiescumque vere fideles open  
A.C. 1600. carnis enormia committunt, toties veram f-  
dem totaliter amittunt. Non solum autem  
possunt in atrocia, & conscientiam direc-  
tus vastantia scelera, atque adeo in ipsum pe-  
catum ad mortem, & in Spiritum sanctum  
incidere, sed etiam in iis perseverare, &  
mori, consequenter a fide justificante, gra-  
tia, & salute totaliter, & finaliter exi-  
dere, multisque id vere fidelibus, ac reg-  
nitis evenit, & etiamnum non raro evenit.

*V.* Nullus vere fidelis, ac regenitus in  
hac vita de perseverantia, ac proinde de sua  
salute certus esse potest absque speciali re-  
velatione.

*VI.* Tantum abest, ut doctrina de cer-  
titudine perseverantiae, ac salutis ad soli-  
dam fidelium consolationem, & consci-  
tiarum pacem in hac vita sit necessaria, ut  
e contrario natura, atque indole sua vera  
pietati, ac toti Religioni sit pernicioса, in-  
serviatque generandae, ac fovendae carnali  
securitati.

*VII.* Fides προσκαιρία, id est tempore-  
riorum, est fides vera, totalis, & justifi-  
cans, nec differt specie a vera fide ad ir-  
rem durante.

### §. LIII.

#### *Altera Hagensis collatio.*

Weisman. *Hist. Eccles.* **Sæc. XVII.** Cum hæ Theses inter utramque fa-  
ctionem haud levem animorum con-  
tentur.  
p. 1292.